

esse illi, qui sunt membra illius universitatis, 11. Testes de universitate possunt repelli in causis illis ubi commodum inde resultans, tangit singulos de universitate: ut in lite super nemore, et pascuis, etc., 12. Vel quando agitur de prædio, aut vinea, cujus proprietas est universitatis, usufructus autem singulorum, *ib.* Aut quando lite perditâ, in singulis de universitate venit imponenda certa collecta, *ib.* Idem dicendum in causis civilibus arduis, et magni præjudicii, 13. Testes de universitate num sint generaliter, seu directe admittendi ad testificandum in negotii ecclesiæ, vel universitatis suæ; aut tantum in defectum aliarum probationum, *ib.* Quando admittuntur in subsidium, plene probant, 14. Alias non sunt omni exceptione majores, *ib.* Testibus de universitate, minus creditur in concursu aliorum testium ipsis contradicentium, 15. Teste quot requirantur ad legitimam probationem, III, 15. Regula est, ad legitimam probationem requiri, et sufficere duos testes, *ib.* Et quidem in qualibet causa, tam profana quam ecclesiastica imo et in criminali, *ib.* Dummodo illi duo teste sint omni exceptione majores, *ib.* Testium numerus potest supplere ipsorum defectus in causis civilibus, *ib.* Secus in causis criminalibus, et civilibus arduis, 16. Dantur nihilominus certa causæ, in quibus plures, quam duo testes requiruntur; et quæ, *ib.* Dictum illud, *In ore duorum, vel trium testium stat omne verbum*, proponitur, ac declaratur, *ib.* Consuetudo adhibendi septem testes in testamento, qualiter dicatur esse aliena a lege divina, *ib.* In purgatione canonica plures requiruntur testes; et cur, 17. In causa divortii ob impotentiam viri, septem requiruntur testes *ib.* Ad condemnationem episcopi cardinalis requiruntur septuaginta testes: istud tamen non observatur in practica, *ib.* De jure civili in testamentis requiruntur septem testes, et quinque in codicillis, *ib.*

Testes singulares, qui et quotuplicis generis sint, III, 23. Testes alii vocantur *Testes contestes*; alii *Testes singulares*: et qui sint, *ib.* Testium singularitas potest induci secundum omnia decem prædicamenta, *ib.* Ea est triplex, *ib.* Regula est, quod testes singulares non probent, 24. Testes singulares tantum probant mille, quantum unus, *ib.* Regula hæc vel maxime procedit in testibus singularibus, singularitate obstativa, seu adversativa, *ib.* Nequæ istis deferri juramentum in supplementum, *ib.* Melius est habere unum testem, quam plures singulares singularitate obstativa, *ib.* Testes singulares singularitate diversificativa, plene non probant, 25. Quamvis singuli eorum probent tantum, quantum unus, *ib.* Sicque ex eorum depositione oritur semiplena probatio, quidquid nonnulli contradicant, *ib.* Testes singulares singularitate adminiculativa, an probent, III, 25. Probant in causis civilibus idem factum genericum, seu successivum: et hujus ratio, *ib.* Idque declaratur exemplis, 26.

Possessio, jurisdictio, et similia, possunt probari per testes singulares singularitate adminiculativa, *ib.* Jura indistincte dicentia, quod testes singulares non probent, procedunt in testibus singularibus singularitate obstativa, et diversificativa, non adminiculativa, *ib.* Solvitur instantia, *ib.* et 27. Testes singulares singularitate adminiculativa, factum particulare, seu actum specialem, et individuum non probant, III, 27. Et si magna exinde consurgat præsumptio, et aliquando plusquam semiplena probatio, *ib.* Unde judex potest moveri ad deferendum juramentum suppletorium, *ib.* Imo quandoque ad indubitanter credendum, et ferendam sententiam, *ib.* In causis criminalibus non probant testes singulares singularitate adminiculativa; et si causent præsumptionem contra reum, etc., *ib.* Testes singulares singularitate adminiculativa probare usuram, tenent non pauci doctores, 28. Sententia opposita videtur tenenda, *ib.* Idem dicendum de probatione hæresis, *ib.* Ad probationem sollicitationis pœnitentium in confessionali, admittuntur testes singulares, sed non probant sine aliis præsumptionibus, et indiciis, *ib.* Testes de scientia, qui, III, 34. Testes tenentur readere causam scientiæ, seu testimonii sui, *ib.* Testes de credulitate, qui, 35. Hi proprie non dicuntur testes, *ib.* Sententia lata per dicta testium de credulitate, nunquam transit in rem judicatam, *ib.* Testes ex auditu auditus sive testes de auditu alieno, qui, *ib.* Non dicuntur vere, ac proprie testes; et cur, *ib.* Testes de credulitate utrum sint admittendi, et aliquid probent, *ib.* Regula est, quod testes de credulitate non probent, *ib.* Fallit hæc in pluribus casibus: ut quando credulitas est proxima sensui, *ib.* et 36. Sive quando testis sufficientem reddit rationem credulitatis suæ, 36. Item fallit in iis, quæ sunt difficilis probationis, *ib.* Admittuntur quoque testes de credulitate ad probandam hominis innocentiã, *ib.* Sicut et in purgatione canonica, *ib.* Testes deponentes per verbum *Credo* de iis quæ consistunt in peritia artis, probant: ut medici, obstetrices, etc., *ib.* Nisi debeant deponere de rebus sensu corporeo perceptibilibus, *ib.* Testes de credulitate probant contra producentem, *ib.* Sicut et confessio de credulitate probat contra confidentem, *ib.* Testis primo deponens de veritate et postea dicens se illud credere, probat, 37. Testes de credulitate faciunt indicium efficacissimum; et quando, *ib.* Testimonium de credulitate admittitur in omnibus illis casibus, in quibus admittitur testimonium de auditu alieno, *ib.*

Testes de auditu alieno, sive auditu auditus, an, et in quibus probent, III, 37. Regula est, quod testimonium de auditu alieno non valeat, *ib.* Etiam si fama concurrat; sine aliis tamen adminiculis, *ib.* Dictum unius facile sequitur multitudo, *ib.* Idque vel maxime procedit in delictis, *ib.* Notabilis casus quoque ad propositum

refertur, *ib.* Testimonium de auditu proprio quoque res auditu perceptibiles, valet, 38. Testes etiam de auditu alieno, probant in pluribus casibus; nempe in factis antiquis, *ib.* Probant etiam contra producentem, 39. Et quando agitur ad defensionem rei, *ib.* Ac in aliis causis in quibus modica scientia fidem facit, *ib.* Atque in illis, quæ sunt difficilis probationis, *ib.* Testes de auditu alieno faciunt præsumptionem, *ib.* Imo accedentibus aliis adminiculis etiam plenam probationem, *ib.* Ista procedunt quando illi, a quibus testis audivit, jam sunt mortui, vel saltem longe absentes: alias secus, *ib.* Per testes ex auditu alieno olim probabatur consanguinitas, etiam contra valorem matrimonii, *ib.* Et quid hodie sit observandum, 40. Testes deponentes de fama, quot et quales esse debeant, III, 43. Testes deponentes de fama debent deponere, quod ita audiverint dici a majori parte populi; et quomodo, *ib.* Populi nomine, qui hic intelligantur, *ib.* Testes de fama tenentur exprimere certas personas saltem duas, a quibus audiverunt, *ib.* Ac reddere causam scientiæ et dicti sui, 44. Testes quando, et qualiter sint producendi, III, 46. Testes regulariter sunt producendi post litem contestatam, exceptis certis casibus, *ib.* Testes sunt producendi tempore per judicem designando, vel citandi a judice ad instantiam partis, *ib.* Testis ultroneus censetur suspectus, et non probat, parte contra eum excipiente, 47. Si tamen deponat in præsentia partis, valet dictum ejus nemine reclamante, *ib.* Productio, et receptio testium, regulariter debet fieri citata parte adversa; alias non probant, *ib.* Debet etiam citatio illa scribi inter acta judicii, *ib.* In quo sensu pars adversa debeat audire testes juxta caput II, de *Test.*, III, 47. Dantur tamen plures casus, in quibus testes possunt recipi parte altera non citata, 48. Excommunicari potest, qui impedire præsumit productionem testium, 49. Et quid dicendum de litteris *mutui compassus*, *ib.* Quod si testes personaliter venire nequeant, concedenda est alteri judici *Remissoria*; et quando, 50. Depositiones testium a judice remissoriam accipiente, qualiter transmitti debeant alteri judici, *ib.* Cujus sumptibus testes e longinquo sint producendi, *ib.* Expensæ testibus de longinquo venientibus debentur, qualiter sint mensurandæ, 51. Utrum emolumentorum, quibus testis ob absentiam carere debet, ratio sit habenda, *ib.* Testium productiones quot fieri possint, *ib.* An testes semel producti, iterum in eadem causa produci valeant, 53. Vide supra *Productio testium*. Timor subornationis testium magis urget post publicationem attestatorum, quam antea, 54. Testes de quibus sint interrogandi, seu examinandi, III, 62. Testis tenetur reddere causam suæ scientiæ, si interrogetur, *ib.* Secus si non interrogetur, 63. Testes sunt examinandi de singulis circumstantiis; puta de personis, loco et tempore, *ib.* De visu et auditu, *ib.*

De scientia et credulitate, etc., *ib.* Testes interrogari per suggestionem, quid, *ib.* Istud est prohibitum, et vitandum, 64. Testium interrogationes debent fieri in genere, gradatim descendendo ad magis specialia, *ib.* Vide supra *Interrogatoria*. Testes extra articulum deponentes, nullam fidem faciunt, III, 67. Materia de testibus multum est arbitraria, 69. Testibus quæ exceptiones possint opponi, 66. Vide supra *Exceptions*. Testes, aut dicta eorum, a quo possint, vel non possint reprobari, 69. Non possum reprobare testem, quem induxi pro me, nisi nova causa supervenerit, ne quidem in alio judicio, *ib.* Possum tamen reprobare dicta testis a me producti, quando sunt sibi contraria, *ib.*

Testes probatorii, reproborii, et testes reproborii reproboriorum, qui, III, 70. Testes probatorii possunt reprobari per alios testes reproborios, et hi rursus mediantibus aliis, sive per testes reproborios reproboriorum; sed non ultra, *ib.* Possunt tamen testes reproborii reproboriorum, reprobari per instrumenta, *ib.* Modus in reproboatione testium reproboriorum et reproboriorum observandus, in quo consistat, *ib.* Non sufficit dicere in genere, v. g. quod testis sit criminosus; sed oportet crimen specificè exprimere; et cur, *ib.* Testes auctoritate publica sunt citandi, vocato etiam adversario, III, 71. Si testes legitime citati venire, aut testificari nolint, per judicem compelli possunt, *ib.* Officium testium est publicum, vel quasi publicum, 72. Testes non illico compellendi sunt, sed debet præcedere monitio, *ib.* Nisi eorum testimonium mox a principio sit necessarium, *ib.* Testes admoniti, et testificari recusantes, compellendi sunt pro qualitate fori, *ib.* Nempe, de jure canonico per censuras ecclesiasticas, *ib.* Et de jure civili pignora capiendo, vel multam imponendo, *ib.* Qua pœna puniatur ille, qui subtrahit testes a testificando, 73. Talis potest excommunicari, *ib.* Et puniatur pœna extraordinaria, tanquam contemptor judicis, *ib.* An etiam puniatur pœna falsi, *ib.* Testes continentur appellatione instrumentorum, III, 73. Proprie tamen aliud sunt instrumenta, aliud testes, *ib.* Subtrahens adversario instrumenta, vel testes, ex hoc solo causam non perdit, ostendit tamen, quod iniquam foveat causam, *ib.* Certum est, quod in causis civilibus testes possint compelli ad testificandum, nisi reperiantur expresse privilegiati, 74. Utrum etiam in causis criminalibus cogendi sint testes, *ib.* Testes non sunt cogendi, quando agitur de probando crimine occulto, *ib.* Vel quando ex tali depositione grave periculum, v. g. capitalis inimicitæ, immnet testi, III, 75. In certis casibus etiam de jure canonico, coguntur testes ferre testimonium in causis criminalibus; et quibus, *ib.* Quænam sint personæ privilegiatæ, ita ut non possint cogi ad ferendum testimonium, *ib.* Utrum clericus possit compelli ad ferendum testimonium contra suam eccle-



siam, 77. An possit cogi ad testificandum, qui juramento se obstrinxit ad nihil dicendum, 78. Testes instrumentarii, et extranei, qui, III, 129. Probatio per testes simpliciter loquendo, est dignior probatione per instrumenta, 127. Probatio per testes est vera, et naturalis, 128. Testium depositione potest elidi fides instrumentorum, *ib.* Testes plenam fidem faciunt, etiam in criminalibus, 129. Per testes instrumentarios qualiter possit instrumentum impugnari, *ib.* Vide supra *Instrumenta, quibus modis, et Instrumentum publicum.* Testium absentia, qualiter probari possit, 130. Magis creditur duobus testibus affirmantibus quam mille negantibus; et cur, 131. Duobus testibus æquivalet instrumentum; et quomodo, 133. Testes instrumento inscripti, quando probent, *ib.* Valet testimonium testium, qui recordantur celebrati, v. g. contractus, non tamen anni, mensis aut diei, quo is factus est, 131. Inter testes magis credendum est testibus deponentibus de bonitate, quam aliter asserentibus, 131. Testis contra quem fit exceptio de crimine, isto probato repellitur a testimonio, de crimine tamen non punitur, 224.

Testes in testamento solemniter scripto quinam esse possint et quomodo habere se debeant. Vide *Testamenti solemniter scripti natura, et solemnitas.* Testes in testamento privilegiato ad causas pias, IV, 415. Testes ad testamentum militis, rustici, et tempore pestis, quot et quales requirantur, IV, 429. Testes ad matrimonium requisiti quot, et quales esse debeant, ac possint, V, 413. Sufficiunt moraliter præsentibus, 414. Etiam dolo, et vi detenti, *ib.* Testes in causa matrimoniali contra illud, quinam esse possint, V, 499. Testes non valent nisi rogati, VII, 77. Testes duo ordinariè sufficiunt, 96. Testium receptio ad juramentum est actus judicialis, II, 328. Et nequit valide fieri diebus feriatis, *ib.* Nisi aliud necessitas, vel pietas suadeat: quod exemplificatur, *ib.* An testes possint examinari, eorumque depositio judicialiter recipi diebus feriatis, si antea præstiterunt juramentum, 324. Ponitur sententia negativa, *ib.* Sententia affirmativa est in praxi recepta; ejusque ratio, *ib.* Testium examen, a quo et coram quibus, et ubi sit instituendum, III, 60. Testes sunt examinandi ab ipsomet iudice; et cur, *ib.* Qui tamen ex causa potest examen testium alteri committere, *ib.* Testes sunt examinandi secreto, et singillatim, 61. Et si per hoc non excludatur præsentia notarii, eorum depositiones conscribentis, *ib.* In examine testium super crimine hæresis, præter notarium adhibentur aliæ duæ discretæ personæ, *ib.* Consultum est, ut idem fiat in aliis causis multum arduis, *ib.* Examinatio testium regulariter fit in loco iudicii, *ib.* Quamvis etiam extra iudicium, et ubivis locorum fieri possit, III, 61. Personæ egregiæ domi suæ examinari debent, *ib.* Et quæ sint tales personæ egregiæ, *ib.* Idem dicendum de testibus valetudinariis, senibus,

fœminis, etc., 62. Sacerdotes, aliæque personæ ecclesiasticæ, si producuntur in testes, coram sæculari iudice non jurant, neque deponunt coram eo, sed coram episcopo, *ib.* Testium nomina, qui interfuerint actui, sunt instrumento publico inscribenda, III, 84. Testium tamen subscriptio non requiritur, *ib.* Per testes potest probari, scripturam alicujus manu, vel voluntate esse conscriptum, 107. Si testes deponant super contractu, seu de contentis in scriptura, tunc sufficiunt duo testes pro ejus probatione, *ib.* Bonum est argumentum a teste ad notarium publicum; et e contra, 124. Datur tamen aliqua disparitas inter testem, et notarium, 126. Si testis falsitatem circa substantialia adiciat suo testimonio, dictum ejus reprobat in totum, *ib.* Secus si circa accidentalalia duntaxat, 127.

TESTIMONIUM in uno falsum ex toto censetur falsum, VII, 90.

TEUTONICI ordinis origo et initium, V, 10.

THALMUT Judæorum per Papam jussus fuit comburi, I, 165. Et cur, *ib.*

THEOLOGUS an sit præferendus canonistæ in promotione ad dignitates ecclesiasticas, I, 10. Sententia sancti Joannis Capistrani circa hoc, 11. Quoad officium vicarii capitularis, sede vacante, præfertur canonista theologo, 536.

THESAURARIUS, alio nomine dicitur sacrista, I, 525. Et quod ejus officium, *ib.*

THESAURUS in fundo latens non possidetur, donec apprehendatur, II, 350.

TIMOR Dei alius filialis, alius servilis, VII, 15. Servilis alius bonus et utilis, alius pure mundanus et inutilis, *ib.* Ex timore servili inutili faciens præceptum nihil meretur, *ib.*

TITULUS, ut quis ordinari valeat, I, 447. Vocatur a nonnullis titulus sustentationis, *ib.* Requiritur ad ordines sacros, non vero ad minores, 448. Titulus est triplex, I. Beneficii ecclesiastici, *ib.* II. Patrimonii; an tale possit alienari, *ib.* III. Paupertatis, seu professionis religiosæ, *ib.* Nequeunt ordinari ad hunc titulum religiosi non professi, aut qui ad certum duntaxat tempus sunt professi, *ib.* Et quid de religiosis societatis Jesu, *ib.* Quid censendum de titulo mensæ, 446. Quæ sit pœna ordinantis aliquem, et ordinati, absque competenti titulo sustentationis, 471. Ordinatus scienter sine titulo olim erat suspensus, sed non hodie, 472. Dummodo solus ordinatus non fuerit in culpa, fingendo titulum quem non habuit, *ib.* Notabilis objectio, ejusque solutio, 473. Titulus justus, an, et cur requiratur ad præscriptionem, III, 247 et 251. Vide supra *Præscriptio immemorialis.* Titulus ejusmodi quid, 248. Et quotuplex sit, *ib.* Titulus *Pro soluto*, et titulus *Pro suo*, dicuntur generales; alii speciales, *ib.* Titulus *Pro hærede*, quando sufficiat ad præscriptionem, 249. Vide supra *Præscriptio per defunctum.* An ad omnem prorsus præscriptionem requiratur titulus, 251. Possessio temporis immemorialis est instar tituli, imo melior titulus de toto mundo, *ib.*

TONSURA prima requiritur ad quodlibet beneficium obtinendum, I, 356. Tonsura prima an sit ordo proprie dictus, 435. Ponitur sententia negativa theologorum, *ib.* Effectus primæ tonsuræ, quales, 436. Prima tonsura dicitur ordo clericalis, late accipiendi nomen ordinis juxta theologos, *ib.* Refertur sententia canonistarum tenentium, quod prima tonsura sit ordo proprie dictus, *ib.* Prima tonsura imprimit characterem, 437. Requirit certam materiam, et formam, et qualem, *ib.* Ac de necessitate præcepti prærequirit characterem confirmationis, *ib.* Sententiæ canonistarum non obstat concilium Tridentinum; et cur, *ib.* Prima tonsura juxta canones obtinet nomen ordinis, *ib.* Id ipsum supponit Rota Romana, 438. Inferuntur corollaria, *ib.* Quid tenendum pro foro externo, *ib.* Tonsura prima, quando et ubi conferri possit, 439. Tonsura clericorum. Vide *Clericorum obligatio deferendi habitum.*

TORNEAMENTO mortuus privatur ecclesiastica sepultura, VII, 124. Torneamenta quid et quotuplicia, VI, 380. Quæ fiunt cum periculo vitæ, sunt prohibita sub pœnis homicidii, *ib.* Fieri solita sine periculo vitæ, sunt licita laicis, 381. Non item clericis, *ib.*

TORTURA. Ad torturam non est sufficiens indicium, nominatio socii criminis facta per reum de se confessum, II, 487. Confessio per torturam expressa, ut præjudicet confitenti, quæ requirantur, 492. Indicia legitima, seu ad torturam sufficientia, quæ, *ib.* Vide supra *Indicia.* Tortura non est infligenda ante assignatas reo defensiones cum copia indiciorum, etc., 493. Utrum ad torturam sufficiant indicia, quæ sunt minus quam semiplena probatio, *ib.* Ad torturam regulariter non est deveniendum, nisi in subsidium, seu quando delictum aliter probari non potest, *ib.* Fallit hoc in nonnullis casibus, *ib.* Ut confessio facta in tortura probet, requiritur quod tortus persistat in confessione, *ib.* Tortus qualiter censeatur persistere in confessione, 494. Tortura an, quando, et quomodo fieri possit, ac debeat in processu criminali regularium, VI, 102. Apud nos sine consilio, et consensu diffinitorii, vel proborum, ac peritorum, illa fieri non potest, *ib.* Oblatæ defensiones, et earum impugnationes prius diffinitorio communicari debent, *ib.* Confessus jam, vel convictus de aliquo crimine ratione illius nequit torqueri, *ib.* Quinam torqueri valeant, *ib.* Modus torquendi, *ib.* Ante torturam fit decretum, et quale, *ib.* Sub tortura notantur omnes actus, et gestus rei, *ib.* Confessio in tortura facta ut probet, debet altera die in banco juris ratificari: et quomodo, 104. Ratificatione facta datur patrono copia examinis cum termino respondendi, 105. Si expediens videtur, communicatur etiam patroni defensio actori, vel advocato fiscali: horum praxis, *ib.* Torturæ usus debite servatus approbatur, VII, 12. A tortura non est inchoandus processus, 11. Ad debitum torture

modum, quænam requirantur, 12. A tortura quinam sint immunes, *ib.* Contra iudicem non servato juris ordine ad torturam procedentem, datur appellatio, et actio injuriarum perpetua, 13.

TOTUM quod juris est in toto, idem etiam est in qualibet parte ipsius, VII, 109. In toto pars continetur, 172.

TRADITIO habetur ex significatione rei, II, 353. Et quid dicendum de dolio vini signato, 354. Quando opponitur custodia rei venditore consentiente, censetur res illa tradita, *ib.* Traditio rei venditæ, vel donatæ quid operetur, VII, 125. Traditiones qua ratione differant a consuetudine, I, 269.

TRANSACTIO ex falsis instrumentis inita, solum retractatur quoad capitula, quæ inde composita sunt, non quoad alia, I, 248. Transactio quas conventiones complectatur, II, 49. Pactum continet sub se transactiones, *ib.* Transactio large, et proprie accepta, quid, 68. Non valet, nisi sit de re dubia; idque declaratur, *ib.* Neque valet super sententia jam lata, exceptis certis casibus, *ib.* et 69. Transactio est pactio quædam, 69. Atque contractus onerosus, et innominatus, *ib.* In ea non habet locum penitentia, *ib.* Ad transactionem tria requiruntur, et quæ, *ib.* Quomodo differat a pacto gratuito, et amicabile compositione, 70. Transactio, de quibus generatim fieri possit, *ib.* Est salubris, *ib.* Nequit fieri, nisi super re dubia, *ib.* Super matrimonio non potest fieri transactio, quando per eam aliquid fieret contra vinculum matrimonii: alias secus, *ib.* In sponsalibus de futuro valet transactio, 71. An sit licitum transigere super relictis in testamento, vel codicillo, *ib.* Et an valeat transactio super alimentis in ultima voluntate relictis, *ib.* Aut de alimentis præteritis, vel non mortis causa donatis, 72. De jure civili licitum est transigere de quolibet crimine capitali, et sanguinem suum quoquo modo redimere, *ib.* Excepto adulterio, *ib.* De criminibus vero non capitalibus transigere non licet, *ib.* Nisi super crimine falsi, 73. An etiam spectato jure canonico, licitum sit transigere super crimine, *ib.* Transactio super beneficio ecclesiastico, dato ac retento aliquo temporali, nequit fieri, 73. Si datur spirituale pro spirituali, tunc in spiritualibus locum habet transactio, 73. Loquendo de re spirituali quoad ejus proprietatem, *ib.* Secus, ubi agitur de beneficio ecclesiastico quoad titulum, 74. Transactio super spirituali subjectione, an valeat, *ib.* Quod si superior gratis eximat ecclesiam reservata in signum subjectionis annua pensione, *ib.* Transactio super annexis spirituali, v. g. super jure patronatus, non valet, si fiat interveniente temporali, *ib.* Transactio generalis extendit se etiam ad incognita et ignota, VII, 175.

Transactionis effectus, qui, II, 75. Primarius ejus effectus est, imponere finem litibus, *ib.* Per eam tolluntur omnes actiones, obligationes, pro-